Ex mss: Bibl: Zalus: n. 424
483

Puncta Instructionis

ad Vladislaum IV.

103

Peracta solita salutatione, commemoret Ma. gnificus Dñus Legatus antiquitatem a. micitiæ, et fœderis inter Hungariam et Poloniam; vicinitas et utilitas affluentium inde commerciorum: Auxilia suæ Celsitudinis subministrata in Bello Valachico. Et quod Sacra Regia Majestas Dñus Noster Cle. mentissimus inclusam voluit suam celsi. tudinem in pace cum Tartavis.

Petat, ut ex vi amicitiæ et fœderis pecu. niis et Militibus S. Regiæ Majestati succurrat.

Ratione pecuniarum si sine assecurati. one eas mutuave venusavenit: proponat pri. mo invadiationem Clenodiorum Reipæ cum onere annuæ provisionis a summa proven tionis. Pro casu verò quo Clenodijs acqui. escere nolit. Proponat secundo obligationem tot redituum Reipæ ad proportionem Sum. mæ mutuandæ, quousquè Summa non re. stituatur.

Ratione Militum si sine aliqua utili. tate vel compensatione bellum suscipere de. tractarent.

Proponat primo. et adoptionem Filij a S. R. Mte in spem successionis fortuna. rum Regiæ Domus. Si hoc infra spes suas reputabit

Proponat secundo electionem Filij ab Ordi. nibus in Successorem Regni.

Ad hoc

Ad hoc tamen non faile acedet Dnus Lega.
tus, ut si possibile est non detur exemplum
Electionis vivente Rege, sed si hoc evitare non
poterit, saltem fiat his conditionibus. Prima
ut semper ad latus S. R. Mtis vesideat. Secunda
ut in religione Catholica educetur, et mo.
res legesque Regni paulatim imbuat. Ter.
tia. ut Officiales Majores suæ Aulæ, cir.
ca Personam ejus necessarij sint. a S. R.
Mte electi, reliquos vero minores Mini
stros et servos ipsemet Principi eligere vel
secum adducere poterit.

Sed si ipsemet Princeps Pater Regnum
affectaverit, et omnino huic pretensio insi.
stet tum M. D. Legatus:

Obstabit primo quod ex quo non est Prin.
ceps Catholicus non potest esse Electus nisi
non Coronatus

Secundo: Durante vita S. R. Mtis in
Poloniam venire non poterit.

Tertio: Nullam relationem ad suam Celsi.
tudinem habebunt Ordines et Civitates

Quarto: Nulla collatio beneficiorum nec ul.
lus Regaliorum usus Suæ Celsitudini competet.

Quinto Exercitus Transylvanici a Ducibus
suæ Celsitudinis regatur. Illi vero Regnum
Poloniæ ingredi non liceat nisi a S. R. M. vocato.

Tempore quo in Regno manebit subsit di.
spositioni S. R. Mtis, et quando ea opus
non erit, obtenta a S. R. M. licentia discedere teneatur
atque Gnatis in Regno dum moretur S. R M.
juramentum præstet.

Sexto Alium sua Celsitudo non usurpet
Titulum præter electi Regis.